

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesu Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,  
Conciliorum, Cardinalium, Antistitutum, nec non  
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,  
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

**Gomez, Cristobal**

**Antverpiæ, 1681**

Ioannes de Castro n. 20

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38486**

tis genere grauiter exergetis, vigetque inter vos viuificæ mortificationis studium, præsertim erga propriam prompta obedientia profligandam voluntatem, quæ sola malorum causa est. *Hucusque ille de miro Societatis fructu, vivente adhuc S. Ignatio.*

20. **A IOANNE DE CASTRO**, *Cui cum Ignatius Parens Noster Parisijs aperiret animum de Societate fundanda, sic ille respondit.* Ita ô Ignati, tua de fundanda Societate IESV arrident vota, vt si lubet Carthusiam deseram. Nouitus sum, nondum votis adstrictus, meam opem, operam, vires, consilium in Tevnum transferam, dummodo tantæ molis negotium felicem exitum consequatur. *Ita ille apud P. Rho in Apolog. contra Castaldum Interrogat. 8. fol. 130.*

21. **A LAVRENTIO SVRIO** *Viro inter scriptores per insigni, ac celeberrimo, qui in Historiali Compendio rerum sui temporis ad annum 1540. cur ab Hereticis odio habeantur IESVITÆ, edifserens*, Vident enim (*inquit*) suis conatibus in dies magis, ac magis ab huius instituti viris obuiam iri, vident multos de suo grege detraetos ad ouile Christi reduci; vident non solum vitæ integritate, sed etiam multiplici, & rara eruditione plerosque huius Societatis instructos. Hinc plusquam vaticinatum eorum in huius Societatis odium; hinc illa conuicia, probraque iactandi sæua libido, quod cum reuera mores reprehendere non possint, in Societatis Nomen petulanter incurunt modo prima detracta syllaba, suitas in primis IESV. Wider germanicè, tanquam IESV aduersarios vocant. Sæpius etiam atros equites, quod pulla veste vtantur: quasi vero eiusmodi cauillis quidquam noceant laudatissimis Societatis Patribus, & non potius sectariorum petulantiam declarent.

*Sic ille apud Paul. Leonard. in Apolog. pro scient. Media Par. 2. n. 85. Et in Commentarij ad eundem annum 1540. apud Euseb. in vita parua S. Ignatij fol. 191. Tract. de eius zelo cap. 2. addit.* \* Hand ignoro viros aliquos bonorum morum extitisse, qui aliquo humano affectu aduersus Societatem ducti fuerint, quod

*Et omnium  
virtutum  
genere ex-  
ercentur;*

*Ingens so-  
cietatis  
afstimator.*

*Quia eo-  
rum multos  
ad ouile  
Christi re-  
ducit.*

*Et ob vitæ  
integrita-  
tem, multi-  
plicem ac  
raram eru-  
ditionem.*